

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

De varijs historici sensûs partibus. Cap. LVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

animarum minimè cogitantis. Prophetam verò profiteri,
 & munus, quod Dei proprium est, prædicendi ea, quæ fu-
 tura sunt, assumere, inutile, temerariū, atq; etiam perि-
 culosum est oratori Ecclesiastico. Quid de Hierony. Sa-
 uonarola, qui in hoc exponēdi genere auorum nostrorum
 memoria, versatus est, pŷ & docti viri senserint, non est
 necessè scribere : hac in re, virum illum alioquì doctum,
 minimè esse imitatione dignum ausim affirmare.

De varijs historici sensūs partibus.

Cap. LVI.

DE FINIVIMVS quatuor sensus sacrarum li-
 terarum, de varijs literalis expositionis partibus
 dicamus. Ratio, quæ historicam intelligētiam docet, mul-
 tas partes complectitur; quarum prima viam aperit ad
 īnvestigandos tropos, phrases, proprietates, locutiones,
 figurās, & huiusmodi, quibus diuinæ literæ maximè ab-
 undant, quæ in re cupimus clericos ab adolescentia dili-
 gentiam ponere. alia docet particulares descriptiones as-
 tabulas p̄ oīunciarū, regnum, marium, montium, flu-
 uiorum, syluarum, vrbium, oppidorum, aliorumq; loco-
 rum, de quibus in sacris literis fit mētio. quæ in re caueat
 Ecclesiasticus orator, nè nimius sit, & plerung; sine ullo
 fructu ostentet memoriam. Non ignobilis etiam pars hi-
 storicæ expositionis est ea, quæ ad tollenda quædam obscu-
 ra, orta ex varia dierum, mēsium, annorum ratione, ex-
 plicat omnes series, successiones, et dinumerationes tem-
 porum, seculorum, annorum, olympiadum, hebdomada-
 rum, et atum, & generationum, quæ in diuina scriptura
 continentur : in quo, modis est adhibendus, nè res indu-
 bitatas

bitas in dubium reuocare videantur: continet etiam cognitionem historiarum, proprietatem, ac virium praecipuarum, omnium rerum naturalium, hoc est, cælorum, elementorum, animalium, ac plantarum, quæ passim in sacris literis describuntur, quæ omnia scitu sunt pulcherrima, & iucunditatem audientibus pariunt, si iudicium adhibeatur. Tradit etiam quasdam regulas, quæ viam aperiunt ad intelligendas considerationes quasdam Geometricas, Astronomicas, Arithmeticas, & Musicas; à qua interpretādi ratione, monemus clericos, ut abstineant, nè obscuritate animos audientiū sibi alienent. Altera inventionis pars ostendit spirituales ac sublimiores diuinæ scripturæ sensus, allegoricum, anagogicū, & tropologicum, adhibitis ad hoc nonnullis regulis, de quibus superius satis dictum est. Ut summatim dicam, hoc tantum à clericis mandetur memoriæ, et obseruetur, ut primū iaciatur doctrinæ fundamētum, vt quid sibi relint verba sacræ scriptura, explicetur: deinde ad mores animi auditorum excitentur: quod B. Paulum in omnibus suis epistolis, et sanctos patres, B. in primis Chrysostomum, & S. Leonem pontificem fecisse, licet obseruare. Alia genera, nisi necessitatis aut magnæ utilitatis causa, non adhibeantur.

De diuisione, quæ veluti instrumentum propositioni seruit.

Cap. LVII.

PROPOSITIONI seruit diuisio, cuius sunt diuersæ species; distinctio vocis, diuisio generis eiusdem per oppositas differentias; vt, cū dicimus, Christianorum quosdam esse catolicos, quosdam non catholicos. alia est diuisio